



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 40. Initium prælii prope Droacum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

riculis plenam judicaret, auctor fuit, ut
ipsi, si possent, certamen devitarent, &
Treonum eo die peterent: ideo mox
illuc missi castrorum metatores, & Con-
dæus Princeps jam latus dextrum pan-
dens, Treonum versus tendebat, cum
Momorantius Connestabilis tormenta
displodi jubet, quorum ictibus disjecti
Sclopetarii equites in fugam effun-
duntur, & Germani equites accelerato
gradu in proximam vallem servatis
tamen ordinibus se recipiunt, ut ibidem
magis tuti tormentorum impetum de-
clinare possent.

Sæcul. XVI.
A.C. 1562.

§. XL.

Drociani prælii initium.

Tum Condæus Princeps se ad prælii
necessitatem compulsum cernens, *Thuan. l.c.*
Dupleix hist. resumpto pugnandi ardore primum cor- *de France to.*
nu prætervehitur, ut in medium hostis *3. u. 8. p. 683*
aciem irrumperet, moxque Arturo Vau- *Spond. hoc*
dre - Mojo, & Avareto, qui Gentio *ann. n. 45.*
successerat, signum dederat, ut & ipsi *Mem. de*
cum suis agminibus Helvetiorum signa *Castelln. l. 4.*
aggrederentur, quod etiam præstitere
cum tanto impetu, ut solutis Helve-
tiorum ordinibus illos ab invicem se-
jungerent, ubi quoque Germani equi-
tes in fugientes effusi, magnam eorum
stragem edidere, cum vero Damvilla
Connestabilis filius, qui inter Helve-

U u 5 tio-



Sæc. XVI.
A.C. 1562.

tiorum, & Germanorum agmen ~~fuit~~, ut laborantibus opem ferret, cum tribus equitum alis, ac levi armatur progressus esset, supervenientibus duabus equitum Germanorum vexillis circumfusus, & in dextrum cornu vi impulsus paulo longius abripiebatur; in hoc autem conflictu Gabriel Momorantius Monbrunius Damvillæ frater occisus est: Rupifolcaldius vero, qui centum cataphractos equites penes se habebat, quamvis peditatum minime deferendum censeret, nihilominus quasi torrente raptus & ipse per frontem quæ integra restabat, & Sarissophoris egregie armatis firmata erat, impetu facto in Helvetios invehitur, a quibus tamen non sine suorum damno repulsius est.

§. XLI.

*Media Connestabilis acies cesa, &
ipse captus.*

Brantome dans l'Eloge de d'Auſſun. La Popel. I. 8. Mezer. ab rege chron. tom. 5. p. 3. **E**odem tempore Colinus Archithalafus cum suo agmine, & duobus Germanorum equitum vexillis ipsius dextrum latus tegentibus, ac Porciani turma in Connestabilem Momorantium, & octo equitum vexilla, quæ extremam aciem claudebant, signa inferunt & post aliquot tormentorum displotiones, quas aut devitavit, aut levi cum damno

